

11
1767, 23.
PROCANCELLARIUS
D. CHRISTIANVS WILHELMVS
KVSTNERVS

SVPR. CVR. PROVINC. CONSISTORII, ET IVRID.
FACVLT. ADSESSOR, CAPIT. WVRZ. CANONICVS,
ET SENATVS PROCONSVL

2482
INAUGURATIONEM DOCTORALEM
CANDIDATI DIGNISSIMI
GODOFREDI FERDINANDI LINDEMANNI

DRESDENSIS

DIE XXI. MAII cIcI CCLXVII.

INDICIT

A T Q V E
DE RECOGNITIONE PERSONARVM ET RERVM
P E R T E S T E S
COMMENTATVR



LOGANCIETVRA
D CIRI LANVS MTHINVS
KASTNRS
SACR CAR TROYING CO SITATION ET CARD
TICUL ABSENCE OF CATELARS CROWN OF
B R A N T H E L L O O D N G A
MAGATONI DOC T R A L L
COSO RHEBRE IN TINDMANI
DE ALLOGATONIE PERGOLYTA
CATAT
COMITAT



Iurisprudentiam nostram versari tum in personarum, tum
in rerum consideratione, inter omnes, quin dupondios
notum est. Et esse sane iniurius in lectores, si harum
vocum longam definitionem enarrare vellem. Sed do-
lendum profecto est, quod, cum maiores nostri, veteres
Germani promissi fidem curate implerent, et eum, qui alien-
um nomen adoptasset, germano sanguine indignum iudi-
carent, res apud eorum progeniem eo venit, ut sint, qui
tum nomina, tum scripta sua diffiteantur, atque Chamae-
leontis naturam imitentur, ita, ut si quid acceptandum sit,
verum nomen profitentur, cum contra, si quid ab iis praef-
standum, aut soluendum sit, veri nominis, ut ita dicam, ve-
stem exuant, aliaque creditori ignota se ostendant, vel, si quae
propria manu scripserint documenta, in quibus fidem suam
interponerent, ea falsa, ab alioque confecta, praedicent,
quoniam, quod horrendum dictu, sacramento, se neque ea scri-
psisse, nec ex eorum voluntate esse exarata, confirmant. Ho-
rum hominum fraudem impiam si quis coercere potest, rem fa-
ciet omnium gratissimam, cum, ut vera et infucata fides stare de-
beat, iustitiae fundamenta muniantur, atque creditorum aequi-
tas ab omni detimento seruetur, cum maxime rei publicae con-
ducat. Cui rei nihil magis conueniens videretur atque aptum,
quam ut eiusmodi fallaces homines a testibus agnoscantur,
eorumque chirographa in veritatis lucem, quam isti abhor-
rent, luscidentis testimoniis argumentis ponantur. Tunc enim
istorum homuncionum nebulae et fucus, quem induunt, a
sole iustitiae dissipantur. Age igitur eo consilio accedamus
proprius, et hanc recognitionem personarum, et rerum per
testes paullo curatius perpendamus, et quidem ita, ut a
personarum recognitione incipiamus, et ad rerum agnitionem
procedamus, et quid in quaque specie tum iure criminali,
tum civili iudicandum sit, inquiramus.

Iam recognitio personarum per testes ea est, quando Titius, qui se esse Titium negat, per testes conuincitur. Ut enim in furto deprehensus nebulo, eiusmodi facinus se commisile plerumque negat, seque pro viro optimae famae et integritatis venditar, ita hic saepissime, pro furti quantitate, vel praestito purgatorio, vel tortura adhibita iustae poenae se subducit pessime. At nonne sufficit, si furtum passus, esse eum, qui furatus est, iuramento confirmet, cum eius testimonium, si confiteatur inquisitus furtum, eo valeat, ut si furtum quinque solidos excedere iurato affirmet per l. 9. C. unde vi, iste laquei poenam haud effugiat. Qui igitur sit, quod testimonium in recognoscendo fure non eam vim habeat, quam in rei furtuue aestimatione? Quidquid nonne parui refert, a quo deprehendatur, vtrum ab eo, cuius res fuit, an ab alio. l. 3. §. 1. D. de furtis. Iam si domestici praeterea iurati furem surripuisse quid confirmant, qui eo magis adhibendi, si veritas alter habere nequeat. Cap. fin. X. de testibus, quin res furtiva adhuc apud furem inueniatur, nonne haec omnia ad poenam ordinariam infligendam sufficient? Quae, quamquam per se magni veri speciem habent, tamen, cum in poenis imponendis maxima cautio sit adhibenda, eo quidem tendunt, ut veritas furti per tormenta, aut purgatorium eruatur, non tamen, ut sur habeatur pro convicto. Quemadmodum enim dominus rei furtivae, si eius vindicationi etiam accedat iuramentum, semper haud idoneus testis est, cum in repetenda re sua maximum eius interesse spectatur, et vt dominus in re propria testimonium ferat, quod semper causae obest, per l. 10. C. de testibus et cap. 6. et 12. X. eod. quin magnum discrimen intercedit in eo, an sur confiteatur furtum, nec ne, cum in priori casu tantum rei furtivae, et damni illati aestimatio requiratur; ita nec eius domestici, quamquam non sint prorsus inhabiles, do quo

quo adhuc dubitant quidam e ICtis moti l. 24. ff. de Test. et
 l. 3. C. cod. tamen non omni sunt exceptione maiores, et fa-
 cile in domini commodum vergunt. At constabit quoque
 l. 3. §. 1. D. de furtis auctoritas, quae non de plectendo fure,
 sed tantum de eo, an si aliis furem reprehenderit, furtum
 sit manifestum, nec ne agit; uti rei surreptae inuentio magnam
 quidem præsumptionem reddit, sed confessioni non aequi-
 paranda, cum nihilo minus furti accusatus exceptionibus suis
 per l. 5. C. de furt. sit audiendus. Inde etiam Scabinos Lip-
 sienses plus vice simplici in causis criminalibus a Praetorio
 Lipsiensi ad eos missis in hanc sententiam respondisse memini,
 ut fur non pro confessio haberetur, sed torturae subiiceretur,
 in primis cum mercatibus consuetis Iudeus alienum hypo-
 caustum intrans res alienas contradicisset, et a domino de-
 prehendebatur; vt etiam aliis eiusdem sectae addicitus qui se-
 rica mercatori surripiebat, et tum dominus, tum domestici
 hoc factum esse iurato confirmassent, ipsaque res furtiva apud
 furem reprehendebatur, torturae cruciatus perpessus est.

Iam quando tandem incidet visio, cum fur, non expe-
 cta eius confessione, coniuctus a testibus, ordinariam expe-
 ctet poenam. Hoc fieri posse quanquam multi Iuris Crimina-
 lis doctores aequitatis in primis ratione seducti negant, ta-
 men maioris ponderis mihi sunt *Nemesios Carolinae Art.*
 67. et 69. praescriptiones, quae inquisitum, vel ex eius con-
 fessione, vel ex coniunctione damnant, his verbis in priori:
 So eine Missenthal zum wenigsten mit zweyen oder dreyen
 glaubhaertiger guten Zeugen, die von einem wahren Wissen
 sagen, bewiesen wird, darauf soll — vollfahren und geurtheilet
 werden er art. 69. des er doch, als obstehet, genugsam bewie-
 sen ware, so soll er nichts destoweniger der beweisten Mis-
 sthal nach, ohne einige peinliche Frage verurtheilet werden.

Quam auctoritatem etiam admittit *Bened. Carpzon.* in *Pr. Crim. P. III. Quaeſt. CXVI. n. 44. cf. Godofr. Barthii diſſ. de convicto, non confeſſo.* Si igitur ad plenam probationem Iure ciuili requiritur ad minimum duorum testium idoneorum depositio clara, et indubitata, quid impedit, quominus etiam haec in criminibus valeat, quod praeſcribit *Ord. Crim. art. 66. et 67.* Nonne vir integrae famae, et frugi, duorum testium, quorum fides haud vacillat, affueratione condemnatur? Et homo ſuſpectae fidei horum testimonium irritum faciat? Minime gentium. Si enim in improbo fidem atque confessionem veram desideres, vide, ne decipiare. Non igitur probanda est maxima follicitudo iudicantium, qui lubentius virorum optimorum fortunam labefactent, et furis poffimi capiti parcant, qui interdum multorum capitibus insidiatus, probos vita atque bonis suis ſpoliauit. At inquis, alia ratio eſt in ciuilibus, vbi interrogatoria admittuntur, quibus interdum veritas in maiorem lucem ponitur. Hoc verum eſſe nemo initiatur, sed nonne haec probandi ratio in criminibus indagandis exulat? Nam ſublato accusatorio in noſtris terris proceſſu ſolis testium argumentis, reiectis interrogatoriis, inquisitus vel damnatur, vel liberatur. Neque ſine iniuria. Cum, ſi defendere ſe velit contra testium depositionem, eos de novo ſuper quaeflionibus a ſe propositis examinare, vel alios testes, vi dicunt, defensionales adhibere ipſi permittitur, quibus testium grauantium reſponſiones elidere tentet. Sed in eo cauendum eſt, ne quis hic ſemiplenam probationem, qua quis conuincatur, admittat. Vti enim vniuersus testis depositione omni exceptione maioris, in primis ſi tantum de indicio, et non de ipſa criminis perpetratione verba faciat. *l. 20. D. de quaeſt. O. C. art. 23. et 30.* vix ſufficit, vt tortura reo iniungatur *Menoch. de Arb. Ind. Quaeſt. l. 2. cas. 270. n. 23. Rosbach. princ. crimin. Tit. 5. c. u. n. 14. Heilii index et defenſor Cap. V.*

§. 3.

§. 3. p. 200. eo minus vnius testis de furto iurata confessio, aut duorum testium de indicio criminis ad ordinariam poenam insigendam sufficit; sed plena probatio admittitur. *Farinac.*
Quaeſt. 36, num. 232 — 236.

Iam alia conuincendi ratio cernitur in eo, quando inquisitus ad articulos facinora affirmet, deinde vero neget, et personae iudiciales priorem eius confessionem fide sua interposita tueantur. Cuius rei fundamentum cognoscimus in *Conſtit. Criminali Caroli V. Art. 91.* vbi Inquisitus, posteaquam duo Scabini de depositione affirmativa ad articulos testifificantur, quanquam de nouo infitietur, morti datur. Et quanquam bene memor, hunc art. tantum de eo, wiſerde der Beſlagte auf den endlichen Rechtstag die Miffethat läugnen, agere, nihil secius, ob rationis conuenientiam, etiam de reo alio tempore infitiante, hoc valere posse, non nego. Vti enim depositio ad articulos instar est litis contestationis, ita eam reuocare haud potest, in primis, cum iudex aut scabini, melioris probationis causa certam esse illam iuramento confirment, qui tunc nicht als Zeugen, sondern als Mitrichter handeln, d. art. Cuius rei luctulentum exemplum dedit hic Lipsiae omnis malitiae auctor, Kunzius nomine, qui cum totam Saxoniam, quin fere Germaniam cum turba duci simili peragrasset, infaustasque manus, hominum tum opibus, tum vitae intulisset, posteaquam a iudicio Rauensteiniensi super articulis inquisitionalibus rite examinatus, multa furta effet confessus, carceribus effractis iterum hic Lipsiae deprehensus, vti alter Vertumnus, nomen Kunzii in Breyeri commutans, se Kunzium haud esse, sed honestum virum clamitabat. Sed omnibus his adhibitis artibus, dum iudicium Rauensteiniense prope Chemnitium urbem, eum vt illum Kunzium, qui ad articulos criminales responderat, sub fide iuramenti recognoscebat, impedire

non

VIII

non potuit, quominus detracta persona, quam prae se ferebat, Scabini Lipsienses in sententia M. Dec. 1754. lata iudicarent: daß Breyer, des Umstandes, daß er derjenige Johann Gottfried Kunze sei, welcher bey dem Ulante Bonna, und denen Gerichten zu Niederrabenstein in Untersuchung gerathen, in dem Gefängniß zu Chemnitz enthalten worden, auf die in dem Vol. Act. sub § abgefaßte Artikul geantwortet, und in der Nacht zwischen den 15. und 16. Martius des 1749sten Jahres entsprungen, folglich sich bis anhero fälschlich Breyer genennet, vor überführt zu achten, atque eum de novo super factis confessis examinare non opus esse ducerent. Sed quid faciamus ei, qui ab initio inquisitionis coram actis facinus confessus in articulis inquisitionalibus omnia, atque ipsam confessionem iudicalem pertinaciter negat. Scio equidem plerosque Iuris Criminalis autores in eo consentire, quod, quamquam sine confessione iudiciali haud sequatur capitalis poena, tamen fustigatio infligi possit, aut potius reus equuleo subiiciendus sit. Cuius rei auctoritas constat, cum in Praefectura Dresdensi ante viginti et quod excurrit annos, sur in depositione, ut aiunt, summaria, omnia farta cum circumstantiis, ut dicunt, confessus esset, et brevi post in morbum gravem incideret, posteaquam conualeceret, omnia, quae confessus erat, retractaret, atque tunc temporis se mentis non fuisse compotem exciperet, cui a Scabinis Lipsiensibus non ordinaria poena, sed magnus torturae gradus indicebatur. Sed quae, quae, est ratio, cur in hac visione eius confessio prima non attendatur? Fortasse, quod non pro litis contestatione sit habenda, atque duplex confessio, quae summarie, et ad articulos sit facta, maiorem habeat veritatis speciem, nec facile, nisi omnia sint in certo, capitum quis reus esse debeat. At aliam mihi sedere omnino sententiam, diffiteri haud possum. Quid enim tandem est discriminis, an reus prima

prima vice, aut summarie crimen confiteatur, ad articulos vero, neget cum per Mandatum d. 14 Dec. 1759. in qualificatis furis articulata inquisitione non opus sit. Praeterea quoque eum, qui vel ante torturam, vel initio eiusdem crimen confiteatur, postea autem negat, nihilo se cuius capite plectendum esse ex iis, quae Bergerus *El. Iurispr. Crimin.* Quæst. III. et V. attulit, colligitur. Non enim ex eo quando, sed quod praesentibus iudice et scabinis reus confessus sit crimen, cernitur rei veritas, quare si personae iudiciales, inquisitum neque vi neque metu coactum, sed libere affirmasse delictum iuramento confirmant, quid pluribus argumentis opus est, cum confessio judicialis, si etiam ante litis contestationem, cuius vicem inquisitionales articuli sustinere debent, facta sit, effectum *iudicati habeat.* l. 1. 5. ff. de confessis l. 56. D. de re iudic. Cui rei accedit hoc, quod in prima quaestione inquisitus furti, qui arguitur, in Saxonia curate de veritate haud reticenda, ex præscriptione Mandati d. 6. Dec. 1741. emissi admonetur, quod interdum magnam ad confitendum vim habet. Quis igitur dubitabit, an fur veritatem dixerit tum, cum furtum, quando, et qua ratione illud perpetraverit, confessus sit, aut cum postea omnia distinete recensita inficietur?

Sed fortasse facilius excusationem merebitur is, qui pertinacia negationis capit is poenam effugere potest? Is vero, qui tantum in causa pecuniaria nomen suum mentitur, atque bonam fidem frangit, is magis culpandus. In quo quamquam iudex sedere nolim, tamen cum et in his causis haud desinet huius malitiae magistri, eorum fraudes si coerreas, res erit omnium quidem saluberrima. Vti enim interdum fieri solet, vt, si quis Titum in ius vocet, hic Titum se esse negat,

Mae-

Maeviusque velit vocari, quam fraudem plerumque subdoli
 Iudaei ludunt, qua quaeſo ratione efficies, ut reum Titium
 esse comprobēs? Quanquam enim alias Iudaei, barba, tan-
 quam alio tempore Philosophi agnoscuntur, tamen hominem
 barbatum Iosephum esse nomine, demonstrandum erit. Ci-
 tandi igitur sunt testes, qui Iosephum centum thalerorum abs te
 mutuo sumſiſſe confirmant. Iam cedet Iosephus! Minime.
 Nec tum venim dixiſſe testes, prō more ſuo clamitat, cum
 a testibus ſe eſſe cognitum negat, vel alium hoc nomine pecu-
 niām sumiſiſſe conſirmat. Recognoscendus igitur eſt a testi-
 bus Iudeus, uti a popularibus ſuis Ulyſſes. Et tunc cauſa
 tua conſtabit. Cuius rei exempla ſi diſideres, dabunt tibi acta
 iudicia in iudicio mercatorio Lipſiensi. Cum enim mer-
 cator, qui Lipſiae degebat L. N. cum ſocio ageret contra Iu-
 daeum Samuelem Lebelem et pro mercibus creditis peteret
 pecuniam, hic non eſſe ſe ſed Salomonem Iacobum Levi ſe
 appellari contendebat; actoris partes verfabantur in eo, vt
 vnum eundemque eſſe hominem demonstraret, quare ut
 reus in Termino productionis ſe iſpum iſteret, iure ſuo pe-
 tebat, quam ob cauſam Scabini Lipſiensis in ſententia M.
 Octobr. 1758. dicta pronuntiabant: auch mag Befl. Princi-
 pal des persönnlichen Erscheinens in dem anzuberaumenden pro-
 ductions-Termine ſich nicht entbrechen, ſondern es iſt dersel-
 be hierzu ausdrücklich vorzuladen, quod cum a iudicio ſub hoc
 praeiudicio, daß Befl. in Person unter der Verwarnung,
 daß bey ſeinem Alſenbleiben er mit Samuel Lebeln vor eine
 Person gehalten werden ſolle, factum eſſet, eo emanente Scab-
 binatus Lipſiensis in ſententia M. Jul. 1760. respondit: Die-
 weil Befl. fol. 100. und zwar in Person unter der Verwar-
 nung, daß bey ſeinem Alſenbleiben er mit Samuel Lebeln
 für eine Person gehalten werden ſolle, zu erscheinen vorge-
 laden,

labet, und die Citation desselben in Actis sub N. No. 1. Fol. 9. legitimirten Anwalde behörig insinuirt worden, gleichwohl jener in dem anberaunten gewesenen Termine persönlich nicht erschienen, sc. So wird nunmehr Befl. mit Samuel Lebeln vor eine Person billig gehalten. Idem factum esse in eodem iudicio memini, cum Iudeus Levi Jacob a I. C. T. conveniretur et citatione sub eodem praetorato Semissa iidem Scabini M. Iul. 1759. pronuntiarent: Dieweil Befl. Principal in dem angesehenen Termine der an ihn Fol. 31. ergangen, und darinnen enthaltenen Verwarnung ungeachtet, persönlich nicht erschienen, so ist er nunmehr für denjenigen, dafür ihn Kläger angegeben, zu halten.

Sed interdum diversa ratio procedit, cum ei, qui se verum Titium esse asseverat, non creditur, v. c. si quis diu absens fuerit, eum sane, si mater adhuc restat, non expectato Salomonis iudicio, sine omni dubio pro filio habebit, sed ea mortua, cum agnatis eius opibus inhiant, advocatis testibus aliisque argumentis vix efficere potest, ut illi eum pro vero absente agnoscant, adeo, ut ipsi interdum veritas per iuramentum corroboranda sit.

Sed relictis personis transeamus ad res, et in earum recognitione versatur tum processus criminalis, tum civilis. Et in illo quidem, et in causa furti, si corpus delicti erendum est, furtum passus ante omnia rem furtivam tanquam suam agnoscere deberet, dominiumque iuramento confirmare. Quia in re interdum incidere solet, ut rei dominus eam, ut suam recognoscere non possit, cum aliis et domesticis eius rei curam commiserit; Sed et tunc hi, quanquam ut supra demonstravimus, a recognitione ut testes non reüciuntur, adeo, ut

vel unus qui rem furtivam possedit, si iuramento, tum dominium, tum furtum confirmaverit, eam fidem habeat, ut neganti furi in primis, si res furtiva apud eum deprehendetur primus torturae gradus imponatur.

Sed in civili procedendi modo variae incident quæstiones. Si enim de re litigiosa non satis constat, atque veritas testibus confirmanda est, ut non inspectis tabulis transactio non valet, ita hic, re litigiosa haud inspecta, iustum testimonium dicere testes nequeunt. Quam ob cauffam in re immobili, et incorporali testes plerumque in locum, de quo quaeritur, adducuntur, et fines positos, viam, aliaque, ipsis oculis percipiunt, atque inspectione in loco suscepta res conficitur, quod quidem non procedit in rebus mobilibus, quae in rei sunt possessione, quamque contra se edere plerumque detrectat. Has igitur si testes oculis usurpare haud possunt, dubitanter deponunt. Quid igitur? anne hoc in casu recognitio rei mobilis litigiosae a testibus locum habeat, eaque in iudicium deferenda sit, consideratione res digna videtur. Cuius rei exemplum satis illustre nobis praebent acta forensia in praetorio Lipsiensi agitata, in quibus C. E. M. mundum muliebrem a tertio se invita oppignoratum a I. M. H. vindicabat, et cum negato a reo dominio, illud testibus comprobare vellet, ante Terminum productionis editionem rei oppignoratae, quae testibus proponeretur, a reo peteret, hic eam recusabat, atque se *pl. 4. C. de edendo per actori instrumenta edere non teneri*, neque hic editionem documentorum, sed rei per se non recognoscendae spectari, in primisque actionem de edendo tanquam preparatoriam cum petitoria rei vindicatione non posse cumulari aiebat. Quibus a parte actricis opponebatur a *l. 4. C. de edendo in P. O. R. Tit. XXVI.* recessum esse, quia *instrumentorum nomine accipienda esse ea omnia, quibus causa in-*

instrui potest. I. i. D. de fide instr. quaeque non ad fundandum, sed adiuvandam actoris intentionem faciant, I. 8. C. de edendo, et Carpz. Lib. III. Resp. Tit. VIII. Resp. LXXVIII. n. 20. in primis si actoris interfit, edi sibi instrumenta a reo, cui nihil incommodi inde accedat, quemadmodum ipsa editio ex aequitate et arbitrio iudicis pendeat, Leyser Medit. ad Pand. Spec. XXXVII. Tom. I. atque plura remedia interdum cumulari posse, uti hereditatis petitionem et rei vindicationem, et hanc et actionem publicanam, Struv Exercit, ad Pand. Exerc. X. th. 51. Exercit. XI. th. 44. Quae rationes effecerunt, ut Scabini Lipsiensis M. Oct. 1754. primo: daß Bekl. des geschehenen Einwendens ungeachtet und bey 5 Thlr. Straf das Fol. 114. bemeldete Pfand, damit es die im Klägerin Beweise angegebenen Zeugen in Augenschein nehmen können, bey denselben einzuliefern und in gerichtliche Verwahrung, so lange bis Klägers Zeugen es angesehen, zu lassen schuldig, solches auch ihm mit Verstattung einer vollen Sachsl. Frist gebührend aufzuerlegen, responderent, quam sententiam M. Oct. 1755. ita declararent, und bleibt Beklagten, wenn er das Fol. 114. gedachte Pfand bey Denenselben einzuliefern, und in gerichtliche Verwahrung, so lange bis Klägers Zeugen es angesehen, zu lassen nicht gemeinet, es in dem zu dieser Abhörung anberaumten Termine auf die ihm davon gegebene Nachricht selbst zu überbringen, und den Zeugen zum Ersehen vorzulegen unverwehret, cui quoque ICti Lipsiensis M. Apr. 1756. ad stipulati sunt.

At hoc non recognitionem esse, sed tantum inspectiōnem instabis. Et quidem eo magis, quod res, quae scriptura cum die et consule non continentur, inter documenta haud sint referendae. Quod quidem tantum absit, ut ne-

XIV

gem, ut potius cum omnibus praeceos doctoribus concedam. Sed quae, quaeso, erit differentia, an eas recognosciri aut inspici dicas, cum inspectio non solum, sed agnitio testium utramque paginam faciat, si modo per hanc rationem dominium tuum probare poteris, quo etiam referendum est, si post rem iudicatam res litigiosa, auctoritate et manu judicis auctoritate, aut a bonis cesso secundum §. 16. Mandati contra decoctores d. d. 7. Ian. 1724. rem vindicans, per testes rem recognoscentes, dominium comprobant.

Neque proorsus excludendae sunt aliae res, quae, quamquam documentorum nomine proprie non veniunt, nihilo minus, si testibus iuratis ad videndum proponuntur, aliquam ad probationem vim habere videntur. Ita iam diu dubitatum est, an bacilli fissi, vulgo *Kerbstücke* plenam fidem habeant, nec ne, de quibus affirmativam tenent sententiam *Meichsner Dec. Cam. To. I. P. II. dec. 3. no. 16. et Stryek in dissert. de bacillis fissis vulgo Kerbstoecken, cap. 4. no. 10.* negantem vero, et quod tantum semiplenam probationem efficiant, *Berlich P. I. Concl. 36. no. 16. Richter P. VI. Consil. 36. no. 3.* cui sententiae eo lubentius adscribo, quod facile fieri potest, ut eiusmodi bacilli inter se convenient, et nihilo secius debitor, quae per fissuras indicata sunt, haud debeat, quin modus, quo debitum aut operae praefstantur, ex bacillis ipsis haud constet. Idem valere videretur, si emitor merces sibi comparat, et eas mercator, aut opifex adiecto die et pretio in libellum, quem *Beybuch* oder *Beyzettel* nominant, notat, sive quis charta, cui sigillum impositum est, vulgo *Billet*, aut *Marque*, quae tamen non de ea, cuius *Mandatum Elector. d. 3. April 1683. in App. R. O. P. R. No. XVI.* mentionem facit, et documenti guarentigiani vicem habet, intelligenda, missa particularum vini aut opionii emit, quae tesserae, quanquam proveris

veris instrumentis haberi nequeant, tamen, si in primis testes eas recognoscant, atque semper pro his datas esse merces, iurato assieverent, ad probationem adminiculari, haud ambigo.

Sed ne omittam id, quod proprie recognitionis per testes nomine, praecipue in *O. P. R. ad Tit. XXV. §. 5.* venit, quando is qui documentum, sua, nec aliena manu se volente subscriptum esse negat, aut eius contenta diffiteri velit. In Lege citata si quis contrarium probare audeat, duos testes omni exceptione maiores adducit, qui vel subscriptioni affuisse, vel, quod subscribens, documentum se scripsisse, fuerit confessus, confirmant, quo facto infitians ad diffessionem subscriptionis non admittitur, sed documentum habetur pro recognito, quemadmodum si in utroque casu aliquid plenae probationis deficit, iuramento aut suppletorio, aut purgatorio res est decidenda. At in documentis alienis aliter se res habet, cum secundum *Rescriptum regium d. 3. Mart. 1725.* cuius sententiam exhibet *Kranse in Tr. Synopt. Processus Iudic. in add. pag. 415.* it, quod *P. O. R. cit. Tit. §. 6.* continetur ad documenta aliena, et diffessionem quoad contenta, non extendendum, nec ad eam, is, qui subscriptionem haud neget, in documentis alienis admittendus, quin in forma combinatae ordinationis processus, quam beneficio SVMMI ELECTORATVS SAXONIAE ADMINISTRATORIS, OPTIMI PRINCIPIS, XAVERII expectamus sancitur; daß wenn bey der diffessione dokumenti alieni, derjenige, so es geschrieben, oder unterschrieben, sich selbst da zu bekennete, auch daß das Document richtig sey, vermittelst Eydes erhielte, die diffession nicht statt haben sollte, cum ante in iudicio mercatorio reum alienam scripturam, quam auctor pro sua habebat, diffessum esse memini, quo in facto vel

XVI

vel unius testis recognitio valere debet, in quo tamen haec cautio adhibenda videtur, ne testis aliquam ad causam affectionem habeat, quod saepe incidere potest; tunc enim vice plenae probationis, an potius suppletorium producenti iniungendum sit, aliorum iudicio relinquo. Quae tamen omnia ad ordinarium tantum processum, admissis adversae parti contra testimoniū personas interrogatoriis, pertinent, adeo, ut in cambio, quod subscripti testes recognoscant, debitore negante, is ad diffensionem admittatur. Tandem *Auth. Contr. C.* de non num. pec. sanctiōnem, *qua is, qui propriam scripturam abneget, convictus in duplum condemnatur, nisi sacramento illato confiteatur,* adhuc in usu esse facile existimarem, cum ea in *O. P. R. ad Tit. XVII. §. 3.* repetita et confirmata legatur. Sed mittamus hanc testimoniū recognitionem, cum potius publica eruditio et diligentiae specimen.

VIRI DOCTISIMI

GODOFREDI FERDINANDI LINDEMANNI
ab omnibus publice recognoscenda, nostroque testimonio
sunt confirmanda.

Is enim natus Dresdae d. XXII. Aug. M. DCCXLIV. pater CAROLO FERDINANDO, Praefide Camerae Electoralis Vicario, Viro in rebus Principis agendis peritisimo, et ad humanitatem praestandam omnibus nato atque facto, matreque indulgentissima MARIA SOPHIA e gente WIEDEMANIANA, quam cum ei mors acerba eripuisset, alteram, quamquam non natura, affectu tamen materno, matrem, quam sibi expetierat, accepit ELISABETHAM CHARLOTtam, FRIDERICI TRAVGOTT FERBERI, FRIDERICO AVGUSTO
REGI

REGI POL. et ELECT. SAX. a consiliis aulicis, veri dum viveret φλαυθεώπες, et qui, cum moreretur, sui dulcissimam memoriam reliquit omnibus, filiam natu minorem, feminam tum corporis, tum animi dotibus prae ceteris insignem. Cum Patris optimi negotia non sinerent, ut, quam ipse libenter volebat, curam largiri posset filio, disciplinae VINZII, MESENBERGERI, LONGOLII et SCHNEIDERI traditus, eorum de se merita gratissimo agnoscit animo, et cum iam Dresdae philosophiam privata institutione percepisset, una cum DASCHKEO, nunc Electorali Camerae a Secretis, duce studiorum ac amico Lipsiensem Academiam petuit anno MDCCCLXIII. et a Viro Magnifico WINCKLERO, qui, uti nunc in praecipuum universitatis literariae nostrae incrementum eam regebat, academicae civitatis iura adeptus est, in qua adiutus optimis consiliis Ill. WAGNERI, KREBELLI et GELERTI primo philosophiae duce ERNESTIO iuniore, et Magnifico WINCKLERO physicae, quae experimentis comprobatur, operam dedit, uti etiam S. R. ERNESTIVM, Historiam vniuersam, et ecclesiasticaem, BOEHMIVM Historiam Statum Europae, nec non Imperii Germanici, et Ius Publicum particulare, et FRANCKIVM notitiam Saxoniae, exponentem, assidue auscultauit. His artibus bene praeparatus ICtorum scholas frequentauit, et Historiam Iuris ex CONRADI, institutiones Iuris ex PLATNERI, IO. TOB. RICHTERI et BRVNNERI ore, ex quorum alter etiam in rebus forensibus tractandis ei praeivit, perceptit, Pandectas, atque res forenses tractandi, et referendi artem ZOLLERVS, ius vero Canonicum tradidit Magnificus HOMMELIVS quibus Duumviris multum se debere publice profitetur. Praeter haec WIESANDVM, nunc Wittebergensem Professorem, in docendo iure Naturae, Feudali, et Germaniae sectatus est, qui quoque, uti SEGERVS et SCHOTTIVS eum in arte di-

XVIII

sputandi exercuit. Nec GELLERTO Ethicam, Battesium, Stockhusum, Rhetoricam Ernestii, et Bassedovium explicanti defuit. Vti vero formam iudiciorum curatius intueretur, gratia SERENISSIMI XAVERII, ADMINISTRATORIS SAXONIAE OPTIMI factum est, ut in Supremae, quod hic viget, Curiae provincialis iudicio admitteretur, quo artem referendi, et iudicandi ex actis judicialibus proprius cognosceret. Tandem finito studio Iuris reliquum erat, ut Ordini ICtorum rationem redderet, quod peracto feliciter examine pro candidatura d. XX. Dec. a. p. praestitit, ita, vt ei Baccalaurei et Notarii dignitas pro merito conferretur. Cui etiam locus ad subeundum examen, quod rigorosum appellatur, factus, in quo ita stetit, ut omnino, et prae ceteris dignus videretur, cui summum in Iure honorem omnes facile concederent. Qui ei, posteaquam solemnem lectio nem ad l. 21. C. Locati conducti d. XX. Maii, et die sequenti dissertationem *de feudorum ad Clericos translatione* habiturus est, auctoritate mea interposita ab Illustri Viro D. CAROLO GODOFREDO WINCKLERO, a consiliis aulicis, Ordinis nostri Adseffore, et urbis nostrae Senatore, collega et amico optimo, et cum maxime venerando, excepta tamen spe ad Ordinem ipsum iuridicum adscendendi, conferetur. Quam inaugurationem doctoralem ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, atque Viri doctissimi, et Committones suauissimi sua praesentia ornent, tum Ordinis, tum meo nomine rogatos cupio, atque me ad omnia officiorum genera paratisimum omni tempore fore publice spondeo. Dabam Dom. Cantate d. XVII. Maii
clo Io CCLXVII.

EX OFFICINA LOEPERIA.

ULB Halle
003 719 014

3



1078



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue

Centimetres

inches



1767.23.

CANCELLARIUS IANVS WILHELMVS TNERVS

INC. CONSISTORII, ET IVRID.
OR, CAPIT. WVRZ. CANONICVS,
NATVS PROCONSVL

ATIONEM DOCTORALEM

DIDATI DIGNISSIMI

FRDINANDI LINDEMANNI

DRESDENSIS

XII. MAII 1616 CCLXVII.

INDICIT

A T Q V E
ONE PERSONARVM ET RERVM
R T E S T E S
COMMENTATVR

